



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 58. Protestantium Ecclesiarum Conciliabulum Rupellis a Navarræ Rege habitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

constanti religione Catholicæ fidei ad-
dictos ad officia, dignitatesque admie-
tere velit: igitur primum hoc edictum
Rex proprio chirographo muniebat, at-
que illud se integra fide servaturum
spondebat, ceteris omnibus ejus exem-
plum sequentibus: demum una omnes ad
sancti Salvatoris templum perexerunt,
ubi in gratiarum actionem Hymnus
Ambrosianus solemniter decantaba-
tur.

§. LVIII.

*Protestantium Ecclesiarum Concilia-
bulum Rupellis a Navarræ Re-
ge habitum.*

*Thu. Davi-
la & Mem.
l. c.*

Sub idem tempus Navarræ Rex Rupa-
lis generalem omnium Protestan-
tium Ecclesiarum conventum indicebat,
eique die decima quarta Novembris
initium fecerat. Ipus huic conciliabu-
lo intererat, ubi coram Henrico Ture-
næ Vicecomite, suo per Aquitaniam
Vicario, Claudio Tremolio, aliisque
proceribus, ac belli Ducibus, multa
de calamitoso rerum statu præfatus ita
prosequebatur: „quo pejore loco sint
„res, eo majores animos affero, & quod
„semper antea feci, nunc vitam, san-
„guinem pro religionis, regnique causâ
„sa, quam perniciosi homines perditum
„eunt

„eunt, profundere paratus sum, idem-
 „que, ut vos ipsi strenue faciatis, hor-
 „tor, atque vos in id vocatos esse admo-
 „neo, ut in commune consulatis.,,

Sæcul. XVI.
 A.C. 1588.

Postea Navarrus pro restauranda
 disciplina leges conditurus petiit, ut
 constitutiones contra pejerationes, ra-
 ptus, stupra, latrocinia, & alia per ci-
 vilium armorum licentiam grassantia
 scelera renouentur, & adhibitis pœnis
 eadem decreta religiose seruentur: in-
 super suavit, ut pauperibus quoque, &
 egenis de publico ærario, facta colla-
 tione, prospiciatur, modo, & ratione
 antea seruatis: præterea monuit, ut
 pietatis, & integritatis perspectæ tan-
 tum homines admunera publica admit-
 tantur. His ita sancitis crebræ inter
 eos consultationes habitæ, & decreta
 facta sunt de Ecclesiastica disciplina, de
 iudicum constitutione, de instauran-
 do reformatæ Ecclesiæ Concilio gene-
 rali, necnon de ordine in eo seruando:
 adhæc de ærario, donis, immunitati-
 bus, disciplina militari, militum stipen-
 diis, de pecuniarum in id collationi-
 bus, captivis, annona, de agricolis a
 militum vexatione defendendis, multa
 disputata, & juxta delegatorum man-
 data pro temporum necessitate consti-
 tuta fuere.

§. LIX.